



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

94 Mulier, etiam nupta sepulturam sibi eligere potest. Et pater filijs  
quando.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

verbis religiosis, & regularibus clericis  
cujuscunque status, vel conditionis exi-  
stent, in virtute sanctæ obedientiæ, ac  
sub interminatione maledictionis xter 96  
næ, districtè est prohibitum, ne aliquos  
ad vovendum, jurandum, vel fide inter-  
posita, seu alias promittendum inducant,  
ut apud eorum ecclesiæ sepulturam eli-  
gant, vel jam eleæam ulteriæ non im-  
mutent, quod, si secus factum fuerit,  
irritum existit, & inane, ita quod, qua-  
cunque contradictione cessante, omnino  
apud illæ ecclesiæ, apud quas sepeliend  
de jure fuissent, si alias sepultura ele-  
cta forsitan decessissent, sunt sepeliendi,  
secus facientes, & prædictos in suis ec-  
clesiæ, vel cœmeteriis sepelire præsumen-  
tes, ad restitutionem, tam sepul-  
tum corporum, si petatur, quam etiam  
omnium, quæ occasione sepulturæ illo-  
rum prævenient, quomodolibet ad eos  
dem infra decennium integraliter facien-  
da sunt obligati, quamvis fecerint ec-  
clesiæ ipse, apud quas sepulti fuerint, &  
cœmeteria earundem ex unceo ipso, &  
tandem manent ecclesiastico suppositæ in-  
terdicto, donec ab eis tacta fuerit resti-  
tutio plenaria omnium prædictorum, ut  
statuit Bonif. VIII. ut in c. i. de sepult. in c.  
24 Mulier etiam nupta, † libere potest libi-  
bi eligere sepulturam, ut in cap. de uxore &, de sepult. & pater filiis impuberi-  
bus eam eligere potest, si consuetudo lo-  
ci id habeat, ut ead. cap. de uxore, §, ut-  
rum autem & c. licet pater, ead. titul. in 6,  
alias in sepulcro suorum majorum, ant in  
parochiali sunt sepeliendi, non enim sunt 99  
transgrediendi termini antiqui, quos po-  
suerunt patres nostri, Prover. cap. 22,  
terminos enim † antiquos transit, qui

parochianum alterius ad sepulturam ad-  
mittit, capit. 1. in fin. junct. gloss. fin. ext.  
de sepult.

Episcopo, † licet subsunt omnia ora-  
toria, & loca religiosa, & omnes eccle-  
siæ suæ diceces, ut post Oldr. conf. 274, al-  
legatum à Card. Tull. pract. concil. tom. 3,  
concl. 245, tamen excipiuntur ab eis vi-  
sitatione confraternitates, collegia, &  
alia loca, quæ sub Regum immediata  
protectione sunt, quæ sine earumdem  
Regum licentia ab Ordinarij visitari non  
possunt, ut in eod. cap. 8, de refor. sess. 22.  
Sed plures dubitari contigit, † quænam  
loca sub dicta immediata protectione esse  
dicantur, ad quod dicimus ea esse, quæ  
ita à primæva earum erectione sunt fun-  
data, & ereta, atque eo speciali privile-  
gio munita, ut scilicet, locorum Ordini-  
arij in illis jurisdictionem exercere non  
possint. Non autem omnia hospitalia,  
quæ sunt in ditionibus Regum, & ita de-  
claravit congregatio concil. Trid. super  
ead. cap. 8, in decis. quæ incipit, an in excep-  
tione. Quinimodo † possunt Episcopi visita-  
re omnia hospitalia, & pia loca quovis  
modo nuncupentur, etiam si sunt privata  
laicorum, eaque corrigeret & reformato  
in casibus à jure concessis, nempe ob ne-  
gligentiam, vel dilapidationem bonoru-  
rum, ut quæ testatoris voluntas servetur,  
ut per eandem congreg. fuit decisum su-  
per eod. cap. 8, in decis. incip. Episcopus, pos-  
se pro qua decis. fuit Abb. in cap. officij,  
num. 7, de testament. in cap. ad hec de relig.  
dom. & Par. in conf. 34, num. 38, vol. 4.

Hospitalium enim † Episcopus est  
præcipue cura commissa, quæ, si ad cer-  
tum peregrinorum, aut infirmorum, vel  
alium personarum genus suscipien-  
dum